



Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psal. XLV. Eructauit cor meum verbum bonum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

- 15 Teque volente sumus per gentes fabula, nullā est
Natio quin sannis nos impetat atque cachinnis..
- 16 Totos usque dies me præsens occupat ille,
Ille rubor turpis vultus qui velat amaros:
- 17 Hinc etenim insultans vis & conuicia dura,
Hinc hostes iurisa premit me turba nocensque.
- 18 Cuncta licet nos haec sensu subeamus acerbo,
Non tamen est oblitia tui mens nostra, nec alium.
- 19 Fallere foedifragi pactum, nec corde proterui,
Auersive tuo vel flexi calle notamur.
- 20 Nos tu contusos adigis, latebrisque draconum
Obruix, ac tenebris lethi pallentis & umbra.
- 21 Nominis immemores nostri si PRINCIPIS unquam
Sustulimus tensas aliena ad ruminia palmas:
- 22 Haec D E V S inquiret index, cui cognita sunt quæ
Corde latent hominum testisque inclusa medullis.
- 23 Imò te propter cunctis impunè diebus
Cedimur, utque pecus lanienæ ducimur; ergo
- 24 Euigila, ô DOMINE, hie quid somno mergeris? eiā
Surge, neque aut procul absitas, nimirum ve moreris.
- 25 Cürve tuam celas faciem, nostræque ruinæ
Immemor oppressos discrimine deséris alto?
- 26 Sordida vita iacet depresso in puluere, & hæret
- 27 Peccus humi nostrum. Surge auxiliator & utor.
Teque proba nobis vindicta, velut antè, benignum..

P S A L . X L V .

Eructauit cor meum verbum bonum.

D I V I N A R V M N V P T I A R V M
E P I T H A L A M I V M .

- 1 Ad præstantem, super lilia filii Corei, animaduercio canicuni amorum.

Carmen Sapphicum.

- 2 Ens bonum feruet meditata verbunt
Nostra, quod plenum cupimus referrit.
Rex modò his nostris teneat canendos
 Versibus orfuis,
Linguaque, ut mentis celeris ministra
Sit, mihi optanda est velut stylus, quem
Scriba currenti digito tabellis
 Lexibus infert.

P S A L M O R V M

- 3 Pulcer es, natos superasque Adamis,
Gratia atque ictis fluit ex labellis,
Se tibi saeclo D E V S vt benignum
Annuit omni.
- 4 Nunc latus ferro nfueum corusco
O potens cinge, & decus atque honorem
Indue, haec semper tibi namque certo
Munere constant.
- 5 Prosper ascendas celer, ac decorus,
Infidens vero, & moderator æqui,
Tunc tua ostendet noua monstra rerum
Vincere dextra.
- 6 Ut leues sternent populos sagittæ
Quas iacis dexter penitus ruenteis;
Sic ruos hosteis & iniqua Regi
Pectora figent.
- 7 Istud æternos solium per annos
Constar, atque ipse es D E V S, usque regnū
Nam tui sceptrum tenet æqua iustæ
Pondera libræ.
- 8 Diligis iustum, fugis improbandi
Quidquid est actus, D E V S hinc tunis pœ
Cæteris læto sociis bonum te in-
unxit oliuo.
- 9 Muscea ac rædas aloës odoras
Spirat & suaveis casias eburnis,
Quidquid expromptum loculis colit et
Veste decora.
- 10 Candidæ; regum soboles; puellæ
Inter ancillas tibi sunt honestas,
Est comas auro redimua puro
Dextera coniux.
- 11 Nata, des aurem facilem, vidensque
Audias nostris monitis, paternæ
Te domus, chari generisve, nulla
Cura moretur.
- 12 Fac tuum Rex ut cupiat decorum
Quem tibi dat fors D O M I N U M beata;
Tu modò hunc supplex venerere, amesque
Suspiciasque.
- 13 Iam Tyri te gens opulenta multo
Munere orabit, cupiet tuinque
Sæpius gratum decus & colendos
Cernere vultus.

Totæ

LIBER II.

33

14 Tota miranda ac celebranda Regis
Filia & magna est penitus, decet quam
Arte felici variata & auri

Pondere vestis.

15 Ipsa iam puto decorata cuncta
Virginum pulchra comitante turba,
Quas sibi optarat, properabit alnum
Visere Regem.

16 Has chortis Irete socians sequetur
Vocibus pompx, venientque in aulam
Regis & gratos thalamos parentis,
Plaudere promptæ.

17 Quod tui patres tenuere regnum,
Quam dabis multam, siboles tenebit;
Principes natos statues patent.

Latuit in orbe.

18 Quod tuum vates memoro canendo,
Nomen aeternum referent per ævum
Laudibus crebris populi futuri
Tempore in omni.

PSALMVS XLVI.

Deus noster refugium & virtus.

ECCLESIAE DIVINA PAX.

I Ad præstantem filiis Coreh super Ghalamoth
Canticum.

Ode Tritolos Tetraphos.

2 Proctector est & præsidium D E Y S
Nobis probatus, quamlibet asperis
Hoc experiri semper alnum
Casibus auxilium valemus.

3 Mutetur ergo sedibus infirmis
Conuulta tellus, sorbeat & mare
Monteis recedentes profundum;
Nos tamen impavidi haec feremus.

4 Vnde frementes fluctibus algidis
Tollentur alto præcipites salo,
Quarum superbæ vi trementes
Usque sonent trepidantque montes.

5 Riu sacrafi fluminis, hi D E I
Urbi quietam latitudinem ferent,
Qua sancta dilatatur ædes
Principis hospitium superni.

F 2 6 Hanc,